

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Alphabetum divini amoris**

**[Straßburg], nicht nach 1474**

Explicit Alphabetum divini amoris. de elevatione mentis in deum.  
venerabilis magistri Iohannis Gerson Cancellarij parisiensis

[urn:nbn:de:bsz:31-333229](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-333229)



solus dilectus meus bonus solus amabilis. candidus et rubi-  
cundus in sufficientissim? Sic enim facit puer qui non vult aliquid  
reputari aut melior esse patre suo. **S**eruicio sanctorum. habes aliquos  
speciales sanctos quibus cotidiana impendas seruicia. et spiritus astene  
in conspectu dei per te incedendo. ut beatam virginem. angelum tuum.  
apostolum. martirem virginem aut confessorum aut plures qui orant pro  
te. **T**otali subiectione. ut totum te subicias voluntati dei ut dic-  
cas ei. **D**ie ihesu sicut tu scis et vis. ita mecum age. **E**t si gratias  
meditationis tibi dederit. cum amore suscipe. si non dederit cum  
patientia suscipe. **Q**uicquid tecum egerit sis contentus sine murmu-  
ratione. ita esto quasi unus spiritus cum eo ut nichil te putes scire  
nisi ipsum ipsum et hunc crucifixum. **I**nteriori tendencia per quiete  
contemplationis. **S**i enim religiosus es. ut dicit cancellarius parisi-  
ensis teneris tendere ad quietem contemplationis. etiam si vix in  
fine vite tue apprehenderes. quia hoc exigit status tuus. **N**on mili-  
tem spectat miseris defendere. **N**on rusticum laborare. **N**on reli-  
giosum contemplationi insistere etc. **V**nde dicit bonauentura. ubi di-  
mittis vna die ibi altera incipe. ut facias sicut volens ascen-  
dere montem altum cum quiescere vult non spiritus reuertit ad pri-  
stinum locum sed in eodem loco sedet et quiescat. et ibidem incipit  
post quietem. **N**os autem ideo non proficimus in contemplatione. quia  
quod hodie cum difficultate et gratia dei acquirimus cras ingeren-  
do nos leuitatibus aut fabulis. aut voluptatibus perdimimus et  
sic de ascensu montis ad vallem perlabimur. et non continua-  
mus. **P**ro ut nichil preponas ei ipsum deprecans ut sit adiutor  
tuus protector. director. et finis. Amen.

**C**omplet Alphabeticum diuini amoris. de ele-  
uatione mentis in deum. venerabilis magistri  
Job. Gerson Cancellarii parisiensis.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Capitulum Alphabeticum in omni articulo de  
Iob. Capitulo Cantuarum parochialis.